

Solemnidad de San José

Primeras Vísperas

Invocación inicial

Deus, in adiutorium meum
intende.

Dómine, ad adiuvándum me
festína.

Gloria Patri, et Fílio, et Spirítui
Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc,
et semper,
et in saecula saeculorum. Amen.
Aleluya.

Dios mío, ven en mi auxilio.

*Señor, date prisa en
socorrerme.*

*Gloria al Padre, y al Hijo, y al
Espíritu Santo.*

*Como era en el principio, ahora
y siempre,
por los siglos de los siglos.
Amén. Aleluya.*

Himno

1. Te Joseph célebrent ágmina
caélitum, te cuncti résonent
christíadum chori, qui clarus
méritis, iunctus es ínclytae
casto foédere Vírgini.

*Que te alaben los célicos
ejércitos, y que te canten los
cristianos coros, oh preclaro
José, que fuiste dado a la Virgen
en casto matrimonio.*

2. Almo cum túmidam gérmine
cóniugem admírans, dúbio
tángeris ánxius, afflatu súperi
Fláminis ángelus concéptum
púerum docet.

*Al advertir su gravidez te
asombras, y la duda te angustia
en lo más íntimo, pero un Ángel
del cielo te revela que el niño
concebido es del Espíritu.*

3. Tu natum Dóminum stringis;
ad éxteras Aegypti prófugum
tu séqueris plagas; amíssum
Sólymis quæris et ínvenis,
miscens gáudia flétibus.

*Tú estrechas al Señor en
cuanto nace; después huyes con
Él a tierra egipcia; luego en
Jerusalén notas su falta, y al
encontrarlo lloras de alegría.*

4. Eléctos réliquos mors pia
cónsecrat, palmánque eméritos
glória súscipit; tu vivens,
súperis par, frúeris Deo, Mira
sorte beátior.

*Más feliz que los otros elegidos,
que sólo ven a Dios después de
muertos, tú, por un privilegio
misterioso, desde esta misma
vida puedes verlo.*

5. Nobis, summa Trias, parce
precántibus; aa Ioseph méritis
sídera scándere, ut tandem
líceat nos tibi pérpetim gratum
prómere cánticum. Amen.

*Por este santo, Trinidad
Santísima, déjanos escalar el
cielo santo, y nuestra gratitud
te mostraremos con el fervor de
un sempiterno canto. Amén.*

Antífona 1 (Mateo 1, 16)

Iacob autem génuít Ioseph,
virum Maríæ,
de qua natus est Iesus, qui
vocátur Christus.

*Jacob engendró a José, el esposo
de María,
de la cual nació Jesús, llamado
Cristo.*

Salmo 112

Laudáte, púeri Dómini, *
laudáte nomen Dómini.
Sit nomen Dómini benedíctum
* ex hoc nunc et usque in
sáeculum.
A solis ortu usque ad occásum *
laudábile nomen Dómini.

*Alabad, siervos del Señor,
alabad el nombre del Señor,
bendito sea el nombre del Señor,
ahora y por siempre:
de la salida del sol hasta su
ocaso, alabado sea el nombre del
Señor.*

Excélsus super omnes gentes
Dóminus, * super cáelos glória
eius.

Quis sicut Dóminus Deus
noster, * qui in altis hábitat

et se inclínat, ut respíciat * in
caelum et in terram?

Súscitans de terra ínopem, * de
stércore páuperem,
ut cóllocet eum cum
príncípibus, * cum princípibus
pópuli sui.

Qui habitáre facit stérilem
in domo, * matrem filiórum
laetántem.

Gloria Patri et Fílio,* et Spirítui
Sancto.

Sicut erat in princípío, et
nunc, et semper,* et in saécula
saeculorum. Amen.

*El Señor se eleva sobre todos
los pueblos, su gloria sobre los
cielos.*

*¿Quién como el Señor, Dios
nuestro, que habita en las
alturas*

*y se abaja para mirar al cielo y
a la tierra?*

*Levanta del polvo al desvalido,
alza de la basura al pobre,
para sentarlo con los príncipes,
los príncipes de su pueblo.*

*A la estéril le da un puesto en la
casa, como madre feliz de hijos.*

*Gloria al Padre y al Hijo, y al
Espíritu Santo.*

*Como era en el principio, ahora
y siempre, por los siglos de los
siglos. Amén.*

(Se repite la antifona 1)

Antífona 2 (Lucas 1, 26. 27)

Missus est ángelus Gábriel a
Deo ad vírginem desponsátam
viro, cui nomen erat Ioseph, de
domo David; et nomen vírginis
María.

*El ángel Gabriel fue enviado por
Dios a una virgen desposada con
un hombre llamado José, de la
estirpe de David; la virgen se
llamaba María.*

Salmo 145

Lauda, anima mea, Dominum;
laudabo Dominum in vita mea,
psallam Deo meo, quamdiu
fuero..

Nolite confidere in
principibus, in filiis hominum,
in quibus non est salus.
Exibit spiritus eius, et
revertetur in terram suam;
in illa die peribunt cogitationes
eorum.

Beatus, cuius Deus Iacob est
adiutor, cuius spes in Domino
Deo suo,
qui fecit caelum et terram, mare
et omnia, quae in eis sunt;

qui custodit veritatem in
saeculum, facit iudicium
oppressis, dat escam
esurientibus.

Dominus solvit compeditos,
Dominus illuminat caecos,
Dominus erigit depressos,
Dominus diligit iustos,

Dominus custodit advenas,
pupillum et viduam sustentat
et viam peccatorum disperdit.

Regnabit Dominus in
saecula, Deus tuus, Sion, in
generationem et generationem.

*Alaba, alma mía, al Señor:
alabaré al Señor mientras viva,
tañeré para mi Dios mientras
exista.*

*No confiéis en los
príncipes, seres de polvo que
no pueden salvar;
exhalan el espíritu y vuelven
al polvo, ese día perecen sus
planes.*

*Dichoso a quien auxilia el Dios
de Jacob, el que espera en el
Señor, su Dios,
que hizo el cielo y la tierra, el
mar y cuanto hay en él;*

*que mantiene su fidelidad
perpetuamente, que hace
justicia a los oprimidos, que da
pan a los hambrientos.*

*El Señor liberta a los cautivos,
el Señor abre los ojos al ciego,
el Señor endereza a los que ya
se doblan, El Señor ama a los
justos.*

*El Señor guarda a los
peregrinos, sustenta al huérfano
y a la viuda y trastorna el
camino de los malvados.*

*El Señor reina eternamente, tu
Dios, Sión, de edad en edad.*

Gloria Patri et Fílio,* et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc, et semper,* et in saécula saeculorum. Amen.

Gloria al Padre y al Hijo, y al Espíritu Santo.

Como era en el principio, ahora y siempre, por los siglos de los siglos. Amén.

(Se repite la antifona 2)

Antífona 3 (Mateo 1, 18)

Cum esset desponsáta mater Iesu María Ioseph, ántequam convenírent, invénta est in útero hábens de Spirítu Sancto.

María, la madre de Jesús, estaba desposada con José, y, antes de vivir juntos, resultó que ella esperaba un hijo por obra del Espíritu Santo.

Cántico (Efesios 1, 3-10)

Benedictus Deus et Pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in caelestibus in Christo,

Bendito sea Dios, Padre de nuestro Señor Jesucristo, que nos ha bendecido en Cristo con toda clase de bendiciones espirituales en los cielos.

sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et immaculati in conspectu eius in caritate;

Él nos eligió en Cristo antes de la fundación del mundo para que fuésemos santos e intachables ante él por el amor.

qui praedestinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum, secundum beneplacitum voluntatis suae,

Él nos ha destinado por medio de Jesucristo, según el beneplácito de su voluntad, a ser sus hijos,

in laudem gloriae gratiae suae, in qua gratificavit nos in Dilecto,

para alabanza de la gloria de su gracia, que tan generosamente nos ha concedido en el Amado.

in quo habemus redemptionem
per sanguinem eius,
remissionem peccatorum,

*En Él, por su sangre, tenemos
la redención, el perdón de los
pecados,*

secundum divitias gratiae eius,
quam superabundare fecit in
nobis in omni sapientia et
prudencia,

*conforme a la riqueza de la
gracia que en su sabiduría y
prudencia ha derrochado sobre
nosotros,*

notum faciens nobis mysterium
voluntatis suae, secundum
beneplacitum eius,

*Dándonos a conocer el misterio
de su voluntad, según su
beneplácito,*

quod proposuit in eo, in
dispensationem plenitudinis
temporum: recapitulare omnia
in Christo, quae in caelis et
quae in terra.

*el plan que había proyectado
realizar por Cristo, en la
plenitud de los tiempos:
recapitular en Cristo todas
las cosas del cielo y de la tierra.*

Gloria Patri et Fílio,* et Spirítui
Sancto.

*Gloria al Padre y al Hijo, y al
Espíritu Santo.*

Sicut erat in principio, et
nunc, et semper,* et in saécula
saeculorum. Amen.

*Como era en el principio, ahora
y siempre, por los siglos de los
siglos. Amén.*

(Se repite la antifona 3)

Lectura breve (Colosenses 3, 23-24)

Quodcúmque fácitis, ex ánimo
operámini sicut Dómino
et non homínibus, sciéntes
quod a Dómino accipiétis
retributiónem hereditátis.
Dómino Christo servíte.

*Lo que hacéis, hacedlo con toda
el alma, como para servir al
Señor, y no a los hombres:
sabiendo que recibiréis del
Señor en recompensa la
herencia. Servid a Cristo
Señor.*

Responsorio breve (Oseas 14, 6)

Iustus germinabit sicut lílium.	<i>El justo germinará como una azucena.</i>
Et florebit in aeternum ante Dominum.	<i>Y florecerá eternamente ante el Señor.</i>
Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.	<i>Gloria al Padre, al Hijo y al Espíritu Santo.</i>
Iustus germinabit sicut lílium.	<i>El justo germinará como una azucena.</i>

Antífona para el Magníficat (Mateo 24, 45)

Ecce fidelis servus et prudens quem constituit Dominus super familiam suam.	<i>Éste es el siervo fiel y prudente a quien el Señor ha puesto al frente de su familia.</i>
---	--

Magníficat

Magníficat * ánima mea Dóminum, et exultávit spíritus meus * in Deo salutári meo, quia respéxit humilitátem ancillae suae. * Ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes, quia fecit mihi magna, qui potens est, * et sanctum nomen eius, et misericórdia eius a progénie in progénies * timéntibus eum.	<i>Proclama mi alma la grandeza del Señor, se alegra mi espíritu en Dios, mi salvador, porque ha mirado la humildad de su esclava. Desde ahora me felicitarán todas las generaciones, porque el Poderoso ha hecho obras grandes en mí: su nombre es santo, y su misericordia llega a sus fieles de generación en generación.</i>
---	--

Fecit poténtiam in bráchio suo, * dispérsit supérbos mente cordis sui; depósuit poténtes de sede * et exaltávit húmiles;	<i>Él hace proezas con su brazo: dispersa a los soberbios de corazón, derriba del trono a los poderosos y enaltece a los humildes,</i>
---	--

esuriéntes implévit bonis * et
dívites dimísit inánes.

*a los hambrientos los colma de
bienes y a los ricos los despide
vacíos.*

Suscépit Israel púerum suum, *
recordátus misericórdiae suae,
sicut locútus est ad patres
nostros, * Abraham et sémini
eius in saécula.

*Auxilia a Israel, su siervo,
acordándose de su misericordia
-como lo había prometido a
nuestros padres- en favor de
Abrahán y su descendencia por
siempre.*

Gloria Patri et Fílio,* et Spirítui
Sancto.
Sicut erat in princípío, et
nunc, et semper,* et in saécula
saeculorum. Amen.

*Gloria al Padre y al Hijo, y al
Espíritu Santo.
Como era en el principio, ahora
y siempre, por los siglos de los
siglos. Amén.*

(Se repite la antifona para el Magníficat)

Preces, Pater noster y Oración

Conclusión

Benedicámus Dómino.
Deo grátias.

*Bendigamos al Señor.
Demos gracias a Dios.*